

Johann Sleker Joachim Stockmann

Disputatio De Philosophia


Rostochi[i]: Richelius, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729138461>

Druck Freier  Zugang



J. Sicker.
R. U. phil. 1615-



Disputatio 34
DE
PHILOSOPHIA,

Quam,
DIVINA ASPIRANTE GRATIA,

Sub PRÆSIDIO

Clarissimi & Excellentissimi viri,

Dn. M. JOANNIS SLEKERI

Philosophi, & Physices P.P.

Publicè proponit

JOCHIMUS STOCKMAN,

Rostochiensis.

die 18. Martij, horis matutinis
in auditorio majori.



RostochI, Typis Hæredum Richeljanorum,
ANNO M. DC. XV.

VIRIS,
Magnifico, Reverendo, Amplissimo,
Clarissimo,

Dn. VINCENTIO MOLLERO, J. U. Doctoris,
& celeberrimæ Hamburg. Reip. Consuli, primo,
dignissimo, meritissimo.

Dn. HIERONYMO MOLLERO, capituli
Hamburgensis canonico, primo.

Dn. JOACHIMO BRANDT, celeberrimæ Hamburg.
Reip. Senatori laudatissimo, prudentissimo.

Dn. M. PAULO SPERLINGIO, Scholæ Hamb.
Rectori fidelissimo.

Mecænatibus, patronis & promotoribus suis, perpetuis
studijs; animiq; cultu venerandis;

theses hæc,

in grata mentis & debita observantia

παρέειλον,

offert & consecrat

JOCHIMUS STOCMAN Rostach. A. & L.



Aversio

1. ad char-
tam que
mittitur.

Vade. Bonis avibus studiorum nuntia vade
Charta, vorax nostrum si forte oblivio nomen
Delevit, renova; Fac spem, majoribus olim
Muneribus nostros ditari posse patronos.

2. ad urbē
quo mitti-
tur.

Ignosce Hamburgum, quod, quos tibi vivere totos
Non ignoro, meis ausim promittere chartis
Fautores, quod eos, quorum noctesq; diesq;
Tu possis, sperem nostris impendere Musis.
Posse horam, & teneras non fastidire camœnas.

3. ad viros,
quib. mit-
tiur.

Porrectâ vobis precor hæc ut fronte legantur
Patroni, scio me vestro debere favori
Majora, & solvam, si, qui nunc hæret in herbâ
Eructus, maturâ me quondam messe beatitâ.



T R I A

erunt dissertationis capita.

Unum Originem, alterum Definitionem, tertium Divisionem Philosophiæ proponet.

PRIMUM.

Origo Philosophiæ ex debilitatis Bonæ-mentis facultatibus deducitur.

A S S E R T I O.



I.

Homo pristina illius imaginis rudera etiamnum præseferre gaudet, cujus nobilitatem sub ipsa perdidit origine.

1. Phrasis hujus thesios ex Romanis juneribus est, ubi nobilitatem imaginum numero spectatores astimabant. 2. Ipsa Thesis primam sui partem ab Experientia, alteram, à conscientia mutuatur Ecclesiæ, Declarationem utriusq; à nobis, qui velit, habeat talem. 1. Musca, id quod tenebras intermicat lumen, (quia solem promittit,) avide semper caprat, nec semper, ne pennas igni imprudentius admoveat, satis caveret. Homo, pomum id, quod Eva judice pulchrum, teste serpente *ἀπὸ θεοῦ* erat, avide nimis carpsit, nec satis cavet, ne geminas mentis alas, (quib. divine particula auræ, originis memor, terreno evolabat carcere, patriasq; cæli sedes subinde repetebat) *Adurit mus ultricibus. inæ flammis obijceret.* 2. Musca magno cum susurro, gaudij incas, adusit dice, alas etiam ambustas explicat, & factis nescio quib. gyris, sese elevat. homo alas. Homo, vires animi, quamvis debiles sint, tamen tentat, & etiam sic sese humo collit, non sine voluptate.

II. Duas in se animadvertit, non ineptas ad hoc, potentias. Nihil hic nisi potentia quid sit, interpretabor. Trias qualibet in re notanda veniunt. Substantia ipsa, potentia, & operatio. *Media harum*

harum que est Potentia tacite respicit ad priorem, tanquam subjectū cuius est, ad posteriorem, tanquam Finem cuius gratia est. Et hinc talis manat Definitio. Potentia instrumentale principium est, quo Natura parens quodlibet Ens instruit, ut congruas essentia operationes edere posset, debitamque perfectionem consequi.

Humanus
divinum a-
mulatur in
rellectum

III. Una, divini Intellectus amula est. Et quia divini amula est intellectus, latentes rerum causas, quas omniscientia novit, noscere appetit, Et quia noscere appetit latentes rerum causas, non solum que sensibus obvia sunt principia, miratur: sed & in via sensibus principia, sagaci discursus indagine vestigat.

(In via, inquam, principia Intellectus vestigat.)

Intellectus
scire, appe-
tit.

Quemadmodum n. suis sese viribus moventes Dædali statua, nisi ligarentur, aufugebant, nec magni fiebant spectatoribus: Ita & Nature operib. que viva inest pulchritudo, sensus sepe prætervolat, nec unquam penitus perspicitur; nisi intellectus vincula quæ injectat, fugam remoretur, suoq; sistat iudicio. Ceterū, Intellectus scire quod appetat quis nescit? Mimica nostra scena cum suos producit Ajos-locutios, proh proh quanto grege accurrat vulgus! quanta stulti nugæ nugarum imbibunt mulierculæ tantâ sane, ut sepe ventrem, cum cibo: possi, non audiant, seq; ipsos obliviscantur. Quod si, moto vehementius capite, iram probe simulent, vel elata sursum dextra apte mentiantur læticiam; Ibi demum uno ore omnes actorem laudant spectatores, & vix sibi credunt, mortuas non vivere pupulas. Vides quanto desiderio scire appetat Intellectus; vides quanta sit vulgi stulticia? sumtus faciunt ut imitatrices hominū iunculas spectent: ipsos a. homines cum gratis spectare possint, non volunt.

Naturali
appetitu In-
tellectus sci-
re appetit

Porro, Appetitus hic, qualis sit, queri solet. Triplex enim datur. datur sensitivus, datur rationalis, datur naturalis. Unus brutis proprius est, & præcedente sensuum cognitione movetur. Alter, à rationis nutu pendet. Ultimū, propensio illa est, & in limatio, qua res, ipsa Natura faciem quasi præferente, ducitur ad id, quod ei perficiendo conservandoq; commodum est. Hic ille est appetitus, quo Materia Formam, non secus ac femina virum, appetit. Hic ille appetitus est, quo Magnes ita avidè ferrum appetit ut, quod amica illa vi attraxit, occultoq; amoris vinculo sibi junxit, a gre amplexu sub eve li- patitur.

lit. est

Nic est ille appetitus, quo intellectus, quia rase tabula simili est, rerum imaginibus pingis, cupit. Id quod ita probo.

Omne Imperfectum ipsius Naturæ instinctu perfici desiderat.

Intellectus, quia in potentia est, Imperfectus est. Ergo.

IV. Altera, divina emula est voluntatis, humana

Et quia divina voluntatis emula est, Liberè, congruas Bonæ-menti operationes quemadmodū Deus edere cupit, Et quia Libere congruas Bonæ-menti operationes edere cupit, aliò vocantes bruti

appetitus blanditas cavet. Lippis tonsoribusq; notus est

Ulysses, qui, ne flexanimo Sirenum cantu pelliceretur, patrioq; Ithacæ portu (cujus κἀμὸν ἰδὲν ἂν θρόνονq; semper in votis habebat) diutius arceretur, aures nautis cera clausit. Idem tu, qui beatæ vitæ portum sine mortæ subire exoptas, idem facias oportet, seduloq; caveas, ne te pravus appetitus remoretur, auresq; promissis, quib. valet, in Syllam, Charybdinve pertrahat.

V. Neutram harum, ita, ut debebat, munere suo fungi, usu discit. Quid mirum? Unī ἀμύδοι cum appetitu

bellum est, nec capiendis quibusvis reb. apta est altera. Imò, intellectus, earum rerum quibus capiendus est, non nisi facilimas sine difficultate, non nisi manifestissimas sine errore, non nisi jucundissimas sine tædio capit.

VI. Usu discit, certo si gubernentur habitu, rectius sese gerere utramvis. Quorsum enim tot nostræ vigilia, etiam cum vitæ periculo conjunctæ, si nullus inde fructus, nec mentem studia percipiunt?

Quis autem ille habitus sit jam jam doceberis.

2.

D E

Definitione Philosophiæ.

Facto jam fundamento, talem superstruo definitionem.

Philosophia vel si mavis Sophia, habitus est, animum qui perficit, cognitione rerum, a actionumq; probitate.

Legitimum esse Genus sequentes ostendunt conclusiones. 1. nimirum Naturâ accidentis. 2. Subjecto, cui inest. 3. modo quo inesse cupit.

A 2

Philo

Philosophia.

1. Quia non mutat specificam Entis actum cui supervenit, Ergo Accidens est. 2. Accidens autem homini proprium est, & Quia animi officii potentias, actibusq; animi succurrit, Ergo animi non corporis accidens est. 3. Quia animi accidens est, & vero, neq; solenni Naturæ propagatione, neq; repentino appetitus impulsu inesse cepit. Ergo neq; potentia neq; affectus est. Quid igitur est? Habitus est 1. siquidem ieratis actionibus εὑρομεν ὡς τὰ 2. Siquidem extra hæc tria, potentiarum, affectuum, habituumq; principis animo quod inest, nihil est.

Utramq; animi potentiam Perficit) non tamen remedio eodem, quippe cum morbus utrobique, non sit idem.

Fas esto brevem hic inferere allegoriam, & alius non nihil ordiri.

Venatum abiturus erat Intellectus, venatur autem verum. Ergo dignos indagare saltus novisse oportebat. Talis est Metaphysici Entis, talis est physici corporis, talis est Mathematicæ quantitatis saltus Novisse oportebat quib. in saltibus qui cuniculi diligentius excuti mereantur. Quæso quid aliud nostra mens agit quando, alis nescio quibus, ad astra usq; evolat, quando inter radiantes illos Platonis Deos, cælitumq; choros peregrinatur. Quid aliud agit? quam ut cuniculum physici saltus diligentius excutiat, & ingeniosa illa emblemata, quib. poësis cælum pinxit, introspeciat penitius. Et quonam modo optime excuti possint. Modus hic, alibi Syntheticus est, & per prima principia, causas universaliore, partesq; simplices, ad principia, effecta particularia, cōpositūq; totū progreditur; alibi est analyticus. Uterq; Logicæ debetur. Imo & aliud est quod Logicæ debeatur; Quid illud? dicā. Intellectus olim sine retib. venabatur & feras integras, mutilas, & veras, falsas, in θηροτομοφείον suum, ita memoriam dicere placet, abigebat. Ecce, Logica de retib. jam illi prospexit, quibus prædam claudere, & an digna vivario, an non, dijudicare possit, antequam fores ei referat, & intromittat. sed quid hic de Logica. Quæris forsan, Num in harum cognitione consistat illa intellectus perfectio? Minime, sed cum jam venatus est, cum jam indicatos saltus

tus

tus indagine cinxit, cum jam excussit cuniculos, captaq;
præda dives est, tum demum perfectus est.

Voluntas quomodo perficiatur, ad oculum fere de-
monstrat assumpta *Φιλολέκων* patris similitudo.

Parents, cui comes itineris filius curæ est, non solum via peri-
culosa, (quæ vel aliorum fide vel proprio gnati damno di-
dicit) provido oculo observat, verum etiam directricem
manum adhibet, hærentemq; lateri filium gubernat,
quoties prærupta montium juga, clivorumve præcipitia
occurrunt. Ita intellectus, ubi appetitum *γλυκύπικρον* Cir-
ces cantu avocatum iri veretur, *Φιλοπαίδα* illam manum
extendit, modo minori, modo majori conatu retinet,
pro ut minus vel majus periculum, minor vel major
cantus dulcedo minatur. Quid, inquis, Quid hic perficitur,
Anne ipsa mens perficitur? Imò etiam quatenus intelli-
git; sed non solum quatenus intelligit, verum etiam qua-
tenus discit extensa quasi manu filium regere, & virtutib.
imbuere. *γλυκύπικρον* illum cantum quod attinet, extat illius vivunt
plane exemplar apud Silium. lib. 15. Quinimò, nisi poetarum fastidis bel-
laria, cenam hanc ipsa claudam, & aliquot poetæ versus asseribam. sed quid Par-
nasso cum Academia? pergo.

3.

D E

Divisione Philosophiæ.

Tertij hujus capitis tria sunt membra.

I.

Generalem divisionem pb. instituit.

*Dividitur Philosophia in Theoreticam, Quæ intel-
lectum in reb. necessarijs vere contemplandis, & Practicam, quæ volun-
tatem in contingentib. bene peragendis instruit.*

His quæstiones aliquot examinandas oportet.

A 3

I. Quid

1. Unde hæc petita sit divisio.
2. Quomodo divisæ differant partes.
3. Num analogum sit Genus.
4. Utrum famosius sit analogatum.

Hæc omnib. quia breviter & rotunde responderet Clarissimus ille Jacob. Martini, verba ejus hæc transcribere lubet.

In Theoreticam & practicam, recte, cum finis tum objecti ratione dissecitur Philosophia. nam θεωρητικὴ intellectum perficit & finem habet cognitionem. Omnia enim αὐτῆς eorumq; principia & affectiones solius scientiæ & veritatis causa contemplatur. πρακτικὴ appetitum regit & veri boni consecutione explet, sive in πρακτικῇ quiescit. Actiones enim humanas sibi subiectas habet, easq; ad recta rationis & honestatis normam format, ideoq; non tantum scire sed etiam agere docet.

Tres igitur sunt modi, quib. theoretica & practica philosophia potissimum differunt. 1. Finibus, quod illa cognitionem, hæc actionem respiciat. 2. Subjectis, quod illa πρῶτον Hec verò πρῶτον hominis informat. 3. Objectis, quod illa res necessarias, hæc verò contingentes tractet.

Hic verò notandum est, philosophiam non esse genus univocum, sed quod græcis θεωρητικὴ dicitur, præcipue enim & θεωρητικὴ; parti speculativæ; consequenter & πρακτικὴ; etiam practica competit. Nam plerumq; philosophi nominantur, qui scientijs incumbunt; qui gubernandæ vitæ se tradunt, politici vel prudentes.

Sequitur questio.

5. Quomodo à toto hic differant partes?
6. Quid toti superaddant.

age & hic alienis Dn. præsidis verbis utar. qui rem totam & inclusit propositionib. disp. de phil. ipsa.

I. Omnes habitus qui ad philosophiam pertinent, plena sui aggregatione, consociant id quod philosophiam dicimus & ita ut hæc realiter ab ijs simul sumptis non differat.

II. Unius autem habitibus superaddit philosophia respectum quendam convenientiæ, ad naturam hominis qua homo; vel ratione boni humani & felicitatis id est perfectionis quoad intellect. & volunt. de quib. supra.

Restat questio ultima,

7. Quale sit philosophia totum?

Ad hanc trib. respondeo verbis.

Quia

Quia nec essentialia totum est, quale ex actu & potentia componitur. nec universale à cuius partibus universis communis quedam ratio abstrahi potest, quæ singulis communi. etur tota. nec integrale cuius partes quot quot sunt, quanta sunt. Ergo, *Habitualis*, quale totum virtus est, *Iusticiaq;* universalis.

2.


Membr. divisionem partis Theoreticæ continet.

Partis Theoreticæ tres, objectis dissentens, scientiæ, nota sunt; Metaphysica, Physica, Mathematica. Idem hisce tribus tribus genus, quia forma omnibus. Eadem est, objectis differre dico, quia una, (& hæc verba sunt Martini) circa ὄντα ἢ ἐντα sive ἀπλῶς ὄντα, occupata, proprietates entis & affectiones, species item, per cognitionis nostræ prima principia contemplatur. Altera versatur circa ἐκ ἀποδείξεως ὄντα. hoc est circa talia entis, que sine conceptu materie non percipiuntur ab intellectu. sunt autem ista entia, substantia corporea una cum suis affectionibus, & proprietatibus. Hisce duabus inveniuntur Mathematica, que neq; ἀπλῶς ὄντα, neq; ea que ἐκ ἀποδείξεως subjecti intelliguntur, considerat; sed abstractas à substantia species, que revera ita non subsistunt, seorsim inveniuntur & scrutantur; unde ἐξ ἀφαιρέσεως ὄντα dicuntur. vide ibid. quomodo subdivisio hæc probetur. Exercit. Metaphys. p. 15.

Porro, Mathematica, alia dicitur simplex & pura, alia mixta & impura. Simplex geminas habet partes, Geometria continuam, Arithmetica discretam examinat quantitatem.

Mixta fit quoad utramq; partem quam primum non cum intellectu solo, sed & sensibus rem habet, nec abstractam solum quantitatem, sed & materia immersam considerat.

Calli



2. Mechanicæ $\sigma\ \varphi\alpha\iota\sigma\tau\omega\sigma\iota\eta\ \nu\eta\ \nu\alpha\sigma\kappa\iota\tau\omega\sigma\iota\eta\ \nu\eta$ nascitur.

Quis nunc, quis Mathesin à wardias accusabit? Quæ physico Mechanicæ nupta, tot peperit filias, easq; omnes maternæ nobilitatis adeo studiosas, ut ad ignobilis parentis nomen nulla non erubescat. He a. qui Mathematica etiam principia secum adferunt ad mixtum illud objectum, Mathematicæ magis quam physicæ sunt.

3.
D E

Practicæ partis divisione.

Practicam philosophiam idem ille J. M. cum Piccolomineo dividit in Ethicam & Politicam. *Ethica est, quæ tradit præcepta, fundamenta, & semina totius philosophiæ moralis, sive civilis.* hæc ita probatur. Quoniam in omni disciplina primo ea sunt declaranda, quæ sunt principia & communia fundamenta universæ disciplinæ ut monet

vid. p. 13.
Piccolominei.

ut monet Philos. in proxm: physices, ac saepe alibi: Ergo
 & in civili scientia primo explicanda sunt communia u-
 niversa philosophiæ morali, non autem ea quæ perti-
 nent ad institutionem unius tantum vitæ generis, nempè
 suimet. Præterea, disciplina una debet habere unum
 commune subjectum, subjectum commune, communia
 habet principia, communesq; affectiones quæ primo de-
 clarari debent. cum itaq; civilis disciplina sit una, necessè
 est, ut sit prædita communib. principijs, communi fine,
 communibusq; affectionib. primo declarandis. taceo reliqua
 quæ ibidem legantur argumenta.

*Politica, quæ magis quam illa, practica est, de-
 scendit ad ordines, ad præcepta propria & leges, di-
 visimq; ea explicat, quæ competunt unicuiq; graduj
 & conditioni hominum,*

Vide locum citatum.



περὸ δὲ τῆς Praefidis.

Non indigna hæc Philosophiæ imago, quam manus
 philosophæ, styli acumine, & certarum asserti-
 onum lineis depictam, publico iudicio sistit, juvenis
 eruditus. Ipse tamen ego, ne ἀσὺμβολῶς ad sim,
 hæc appono ad pleniorē differendī copiam; eaq; q;
 publicarum prælectionum velut ἀποσπίομεθα.

1. Anima rationalis, physica considerationis, & hominis natura, & ve-
 ra corporis forma est; sed incorporea ipsa, & corpori immista, tum in ESSE
 tam in operatione.

2. Estq; ἐντελέχεια corporis organici humani, vitam rationalem hæ-
 rentis in potentia.

B

2. Operation

3. Operatio, & ipsi anime, & homini propria est; Ratiocinatio, seu Intellectio.
4. Intellectio hæc, & singularium, & universalium; materialium & immaterialium est.
5. Ex quo rectissime concluditur, Intellectum ipsum immaterialem; & in intellectuone organo corporeo non uti.
6. Nihil autem in intellectu quod non aliquo modo fuerit in sensu.
7. Ipseque intellectus rase tabule instar, nihil intelligibilium suorum, sua natura includit: ne prima quidem principia, & quos vocant notioner communes.
8. Omnia enim recipiens debet esse denudatus à natura recepti.
9. Παρεμφορισμῶν quippe prohibet ἀλλότριον.
10. Sed intellectus est recipiens omnium. Ergo.
11. Nec tamen est denudatus à propria sua natura, nec est in pura potentia in genere Entium: est tamen in genere intelligibilium.
12. Progreditur ex potentia ad actum, autoritate intellectus agentis, & specierum intelligibilium objectu.
13. Πραξις; ille Intellectus, Alius practicus, alius Theoreticus est: sicut objectum, aliud practicum, aliud Theoreticum, notitia item, & actio, Late sumpta, & habitus, & Philosophia denique ipsa, in practicam & Theoreticam dividitur.
14. Praxin dico, operationem in hominis potestate sitam, que ab intellectu practico, per noticiam practicam, circa objectum practicum occupata, per se, & sua natura dirigitur ad honestatem.
15. Practica ergo Notitia & Habitus est, qui suapte Natura, modum operandi prescribit: ordinatus formaliter ad operationem, ut finem suum.
16. Per hujus Praxis, & practici habitus, noticieque, remotionem (tanquam oppositi) innotescit Theoria, & habitus noticieque, Theoreticæ ratio: Que cognitionis gratia est: inque eo ultimus ipsi finis est, etsi supremus totius omnium finis sit DEUS ipse: Qui unus, omnia est in omnibus.

LAUS & GLORIA.

D. T. O. M.



ut monet Philos. in proam: physices, ac
 & in civili scientia primo explicanda su
 niverſa philoſophiæ morali, non autem
 nent ad institutionem unius tantum vitæ
 ſuimet. Præterea, diſciplina una deb
 commune ſubjectum, ſubjectum comm
 habet principia, communesq; affectione
 clarari debent. cum itaq; civilis diſciplin
 eſt, ut ſit prædita communib. principijs,
 communibuſq; affectionib. primo declar
 que ibidem legantur argumenta.

*Politica, qua magis quam illa, p
 ſcendit ad ordines, ad præcepta prop
 viſimq; ea explicat, qua competunt
 & conditioni hominum.*

Vide locum citatum.




περοδὶκη Πραξις.

Non indigna hæc Philoſophia imag
 philoſophæ, ſtyli acuminè, & cer
 onum lineis depictam, publico iudicio
 eruditus. Ipſe tamen ego, ne a
 hæc appono ad pleniorè differendi
 publicarum prælectionum velut ἀποπαι

1. Anima rationalis, phyſicæ conſiderationis, & h
 ra corporis forma eſt; ſed incorporea ipſa, & corpori in
 ſam in operatione.

2. Eſtq; ἐντελέχεια corporis organi humani, &
 henti in potentia.

B



Ergo
 la u-
 certi-
 mpè
 num
 unia.
 de-
 ceſſo
 fine,
 aliqua
 de-
 di-
 duj
 ana
 rti-
 nis
 m,
 aq;
 ve-
 SSE
 ha-
 atio